

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Humilitas b
cum fonte primo

O medicinam omnibus consulentem, omnia tumencia comprimentem,
omnia tabescencia reficientem, omnia superflua resecantem,
omnia deprauata corrigentem!

o medicinam omnibus consulentem, omnia tumencia comprimentem,
omnia tabescencia reficientem, omnia superflua resecantem,
omnia necessaria custodientem, omnia perdita reparantem,
omnia deprauata corrigentem!

Augustinus Hipponensis, *De agono Christiano*, 11 (CSEL 41,
J. Zycha ed., p.116, ll.10-14).

Que superbia sanari potest, si humilitate filii Dei non sanatur?
Que auaricia sanari potest, si paupertate filii Dei non sanatur?
Que iracundia sanari potest, si paciencia filii Dei non sanatur?

Nam quae superbia sanari potest, si humilitate filii dei non sanatur?
quae auaritia sanari potest, si paupertate filii dei non sanatur?
quae iracundia sanari potest, si patientia filii dei non sanatur?

Augustinus ibidem (de uerbis Domini).

Augustinus Hipponensis, *De agono Christiano*, 11 (CSEL 41,
J. Zycha ed., p.115, ll.9-12).